

Mentalitas moderna

1. Obiectum scientiae esse videtur mobile qua mobile
 - a) Math: calculus infinitesimalis; series infinitae; numeri transfiniti
 - b) Phys: isomorphica cum mathesi de motu
 - c) Biologia: evolutio, non extrinseca quaedam hypothesis particularis, sed principium classificationis et explicationis
 - d) Scientiae humanae empiricae, non de homine prout est vel esse debet ex ipsa rei natura, sed de hominibus prout de facto inveniuntur observationibus, experimentis, statisticis investigationibus, narrationibus historicis

Qui homines concreti sub omni aspectu evolvi conspiciuntur
 religiones, societas domestica, artes technicae et liberales,^{linguae,}
 litterae humaniores, oeconomiae, status, gubernia, leges, iura,
 relationes internationales, opiniones, doctrinas, scientias,
 philosophias, theologias, dogmata

~~nam prout sunt, ita concipiuntur et iudicantur~~

conceptus non fiunt per definitionem aprioristicam
 sed exhibendo evolutionem rei et evolutionem opinionum et
 interactionem inter utramque
 iudicia non fiunt secundum exempla aeterna participanda
 sed secundum ipsam evolutionem peractam,
 ubi ipsa evolutio in deterius, terminus reprehenditur
 ubi ipsa evolutio in melius, terminus laudatur
 ubi disputatur, relinquatur iudicio ipsius historiae

2. Quae rei mobilitas in ipsam cognitionem transire videtur

Non enim certa cognitio est scientia sed probabilis theoria;
 sicut res evolvuntur, ita etiam illa res humana quae est scientia,
 et evolvitur quidem non solum doctrinis et opinionibus sed etiam
 quantum ad ipsam scientiae notionem et methodum

Sicut res evolvuntur, ita non una quaedam est rei definitio:
 status, gubernium, familia, oeconomia, capitalismus, etc.,
 secundum abstractam rebusque ipsis valde remotam rationem habere
 possunt notionem quamdam univocam; quod tamen inutile est, et
 ideo investigatio ponit tamquam fundamentum historiam rei et
 historiam opinionum

Quod sane quaestiones fundamentales movet
 Sed alii in specializatis campis laborant et ideo ab
 istis quaestionibus abstinunt ut ea philosophis relinquunt
 Ipsi autem philosophi in valde diversas partes abeunt,
 quae quales sint sine historia evolutionis philosophicae vix
 dici potest.

De systemate et historia

1. Videtur agi de contradictione quadam
^{videtur unum}
systema est, quid universale abstractum necessarium immobile
inquantum systema est

historia est de actibus particularibus individualibus
contingentibus temporalibus liberis fere innumeris

si coniunguntur, aut contradictio aut nullum systema
aut historia falsificata

2. Breviter responderi potest quod agitur de oppositione
dialectica, et quidem de oppositione fundamentali tum in ^{causis}
evolutione scientiarum tum in problematibus quae philosopho vel
theologo sunt hodie propria.

Quae sequuntur, hoc thema illustrabunt.

3. Scientia graeca praecipue erat de aeternis, necessariis,
et scdm Aristotelicos abstractis

a Videtur Euclides in practicis versari: puncta coniungit,
lineas producit, circulos describit
quibus tamen nihil intendit nisi veritates aeternas
in sensibilibus illustrare et quasi demonstrare

b Aristoteles docuit unumquodque cognosci scdm quod est actu
Idem negavit motum proprie esse actum; est actus existentis
in potentia inq huiusmodi; est via ad, esse incompletum, relate
ad loca, qualia, quanta

c Graeci et Romani sensum quemdam historiae habuerunt: AUC
historias scripserunt Herodotus Thucydides Polybius Livius
Tacitus Josephus; Thuc et Pol propriam methodum explicant;
omnes habent indicationes methodologicas, supposita phil et moralia

sed non evoluerunt ~~maximam~~ logicam seu methodum quae
ad historiam se habet, sicut Anal Post ad scientias
non evoluerunt philosophiam historiae, quae comparari
potest ad philosophiam naturae, hominis, societatis quam fecerunt

d quod non parvum influxum in tempora usque recentiora
habuerunt

epistemologia
Husserl, inspiratio, DA Philosophie als strenge Wissenschaft
(versio gall, Q Lauer; angl ab eodem, Cross Currents, 1956)
obiectum est essentia: subiectum ab omni contingentia est
purificandum.

Bergson: intellectus incapax cognoscendi reale quia reale
in fluxu est; invertitur positio aristotelica

Cartesius excludit historiam a suo discursu supra methodicum; Kant
non enarravit Criticam rationis historicae

usque ad Leibniz fere, per 2000 annos, concipitur munus
historiae 'docere prudentiam et virtutem per exempla, et ita
vitium exhibere ut ab eo homines avertantur idque evitare contendant'
Stark, p. 138 [Theodicy, ed Farrer, 1951, 217]

ipsae scientiae humanae non erant empiricae (oeconomica,
sociologia, psychologia) sed vel philosophicae, vel normativae
(ethica, de iure naturali, positivo-divino, positivo-humano)

artes et litterae humaniores exemplis classicis
regebantur quae in temporalibus et mutabilibus aeterna et
immutabilia exemplaria imitata erant.

4. Sed scientiae modernae ita motum et evolutionem extollunt
ut quasi centum et fundamentum scientiae in iis reponant

Math., dy/dx , series infinitae: statica obiecta tamquam
sectiones rei dynamicae intelliguntur.

Phys., est applicatio matheseos modernae

Biologia, evolutio non solum est hypothesis quaedam
sed etiam principium classificationis, explicationis

Scientiae humanae sunt empiricae, non de homine qui
esse deberet, sed de homine qui actu est

proceditur scdm observationes, experimenta, historiam

omnia evolvi censentur: religio^{gi}, societas domestica,
artes technicae, artes liberales, litterae humaniores,
oeconomiae, status, gubernia, leges, iura, relationes inter-
nationales, opiniones, doctrinas, scientias, philosophias, theologias
dogmata

conceptio

conceptiones non fiunt per definitiones omni et soli
convenientes sed exhibendo evolutionem rei, evolutionem opinionum,
interactionem inter res et opiniones

iudicia saepissime fiunt secundum tempus: praeterita a
conservatoribus laudantur et a liberalibus vituperantur;
futura a conservatoribus timentur et a liberalibus desiderantur

unde historicismus maximus quidam ^{iv}mentus culturalis
a nonnullis habetur: F Meinecke comparat reformationi; Lord
Acton comparat revolutionem copernicam; Karl Mannheim asserit
eum iamiam esse Weltanschauung quae modum concipiendi et
iudicandi nostro tempori proprium exhibet